Haec tibi pentadecas tetragonon reſpicit illud
Hoſpitium petri ꝛ pauli ter quinqꝫ dierum.
Namqꝫ inſtrumētum vetus hebdoas innuit: octo
Lex noua ſignatur. ter quinqꝫ receptat vtrunqꝫ.



Quarta pars Veteris teſtamenti Hebraico Grecoqꝫ idiomate nunc primum impreſſa: adiuncta vtriqꝫ ſua latina interpretatione.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

Ad ſanctiſſimum ac clementiſſimum dominum noſtrū .D. Leonem Decimum diuina prouidentia Pontificem maximum Reuerendiſſimi in Chriſto patris ac dñi. D. F. Franciſci Ximenii de Ciſneros Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tit. tt. S. Balbinæ Preſbyteri Cardinalis Hiſpaniæ Archiepiſcopiq́ʒ Toletani ac regnorū Caſtellæ Archicancellarii &c. In libros veteris ac noui teſta. multiplici lingua impreſſos.

Prologus.

Multa ſunt beatiſſime Pater: quæ ad excudendas impreſſoriis formis originales ſacræ ſcripturæ linguas nos incitarunt. Atq́ʒ hæc in primis. Quod cū vniuſcuiuſq́ʒ idiomatis ſuæ ſint verborū proprietates: quarū totā vim nō poſſit quantūlibet abſoluta traductio prorſus exprimere: tum id maxime in ea lingua accidit: ꝑ quam os domini locutum eſt. Cuius littera q̄uis ex ſe mortua ſit & uelut caro: quæ non prodeſt quicq̄ʒ (Nam ſpiritus eſt qui uiuificat) quia tamen Chriſtus uerborum figuris uelatus intra eius uterum manet incluſus: nō dubiū: quin tam admiranda ſit fœcunditate repleta: tā exuberanti myſteriorū copia cumulata: ut cū plena ſemꝑ ſit & redūdās: flumina de uentre eius fluāt aquæ uiuæ: unde hi quibus datū eſt reuelata facie gloriā dñi ſpeculari: ut in eandē imaginē trāſformētur poſſint aſſidue haurire mira diuinitatis eius arcana. Quippe cū nulla dictio nulla litterarum cōnexio eſſe poſſit: ex qua non eruāt & ueluti pullulent reconditiſſimi cœleſtis ſapientiæ ſenſus. Ex quibus cū non poſſit eruditiſſimꝰ quiſq́ʒ interpres niſi unicū explicare: neceſſe eſt ut poſt interꝑtationē maneat adhuc ſcriptura grauida: uariiſq́ʒ ac inuiſitatis intelligētiis plena: quæ nequeant aliūde q̄ ex ipſo archetypæ linguæ fonte cognoſci. Accedit: q̄ ubicunq́ʒ latinorū codicū uarietas eſt: aut deprauatæ lectionis ſuſpitio (id quod librariorū imperitia ſimul & negligentia frequentiſſime accidere uidimus) ad primā ſcripturæ originē recurrēdum eſt: ſicut beatus Hieronymꝰ & Auguſtinꝰ ac ceteri eccleſiaſtici tractatores admonēt: ita ut librorū veteris teſtamēti ſynceritas ex Hebraica ueritate: Noui aūt ex Græcis exemplaribus examinetur. Vt igitur quiſq́ʒ diuinarū litterarū ſtudioſus: originalia ipſa in promptu haberet: poſſetq́ʒ nō ſolis riuulis eē contētus: ſed ex ipſo fonte ſalientis aquæ in uitā æternam ſitim pectoris extinguere: iuſſimꝰ archetypas ſacræ ſcripturæ linguas cū adiunctis uariarū linguarū tranſlationibus impreſſioni mādari Sāctitatis tuæ nomini dedicādas. Atq́ʒ imprimis nouū teſtamentum Græco Latinoq́ʒ ſermone excudendū curauimus ſimul cum Lexico græcarum omniū dictionum: quæ poſſent in eo legentibus occurrere: ut his quoq́ʒ qui nō integrā linguæ cognitionem adepti ſunt ꝓ uiribus conſuleremus. Deinde uero antequā Vetus teſtamentum aggrederemur: Dictionariū ꝓmiſimus Hebraicorum Chaldaicorūq́ʒ totius Veteris inſtrumēti vocabulorū. Vbi nō tantum multiplex ſignificatio cuiuſq́ʒ dictiōis exprimitur: ſed (quod ſtudioſis vtiliſſimū fore credimꝰ) locus ſcripturæ in cuiuſq́ʒ ſignificati teſtimoniū citatur. Rurſus: cū nō ſolius litteræ occidentis cortex: ſed introrſus latitans ſpūs viuificantis nucleus maxie ſit a ſtudioſo diuinæ ſcripturæ requirēdus: atq́ʒ huius præcipua pars ex propriorū noīm interpretatione depēdeat: quorū ab æterno ꝓuiſa impoſitio incredibilē opē affert ad ꝓpalandos ſpiritales abſtruſoſq́ʒ ſenſus & detegēda arcana myſteria: q̄ ſub ipſo litteralis textus vmbraculo ſpiritus ſanctꝰ velauit. Idcirco interꝑtationes ꝓpriorum noīm a viris linguarum ꝑitis ꝑcellētibus maxima diligentia iuſſimus elucubrari: & ſecundum alphabeticā ſeriem diſpoſitas Dictionario adiūgi. Quibus ſuccedit legēdorū hebræorū characterū inſtructio & eiuſdē idiomatis Grāmatica ex pluribꝰ receptæ fidei Hebræis autoribꝰ collecta & ad latini artificii normā reducta. Quibus omnibus ueluti pro ꝓludio ita peractis: ad excuſſionem diuerſarum ueteris teſtamēti linguarū nos conuertimus: adiicientes etiā ſingulis earum ſuam latinam tranſlationem. Qua in re aperte Beatitudini tuæ teſtari poſſumus Pater ſanctiſſime: maximā laboris noſtri partē in eo ꝑcipue fuiſſe uerſatā: ut & uirorum in linguarū cognitione eminentiſſimorū opera uteremur & caſtigatiſſima omni ex parte uetuſtiſſimaq́ʒ exemplaria pro archetypis haberemꝰ: quorū quidē tā Hebræorū q̄ Græcorū ac latinorū multiplicē copiā uariis ex locis nō ſine ſūmo labore cōquiſiuimus. Atq́ʒ ex ipſis quidē græca Sāctitati tuæ debemꝰ: qui ex iſta apoſtolica bibliotheca antiquiſſimos tū ueteris tum noui teſtamēti codices perq̄ humane ad nos miſiſti: qui nobis in hoc negocio maximo fuerūt adiumento. Cōſummata itaq́ʒ excuſſione Noui teſtamenti Græce Latineq́ʒ impreſſi cum ſuo Lexico. Impreſſo etiā hebraico Chaldaicoq́ʒ dictionario: cui adiuncta eſt Grāmatica cum nominum propriorū interpretationibus. Abſolutis præterea annotationibus differentiarum Veteris teſtamenti: quas cum Nicolaus de Lyra non omnino abſolutas edidiſſet: eas nos ꝑ uiros linguarum peritiſſimos multis in locis addi fecimꝰ. Tandē diuino auxilio Vetus teſtamentum multiplici lingua excudi fecimus. Quæ omnia nunc ad Sanctitatē tuā mittimus. Nā cui potius vniuerſæ uigiliæ noſtræ dicādæ ſūt q̄ apoſtolicæ iſti ſedi: cui omnia debemus? Aut quis libētius ſacros Chriſtianæ religionis libros ſuſcipere & amplecti debet: q̄ ſacer Chriſti uicarius? Accipiat igitur Sāctitas tua læta frōte munuſculum: quod in domini gazophylacium offerimus: ut incipiant diuinarum litterarū ſtudia hactenus intermortua nunc tandem reuiuiſcere. Obſecramus aūt beatitudinē tuam enixiſſime: vt libros hoſce: qui nūc ſe ſacris iſtis ueſtigiis ſupplices aduolūt examines: & ad ſeueriſſimi iudicii tui cēſurā reuoces: vt ſi Chriſtianæ reip. vtiles fore videbūtur: editionis beneficium a ſanctitate tua recipiāt. Nam eos nos huc uſq́ʒ cōtinuimus: ſacrū iſtum apoſtolici faſtigii oraculum cōſulturi. Sed iam hæc ad Beatitudinem tuam ſatis. Nunc ad inſtruendum de operis artificio lectorem cōuertimur.

ESAIAS.
ΗΣΑΙΑΣ.

A

Viſio quã vidit eſaias filius amos: quã vidit contra iudeam et contra hieruſalem in regno ozie et ioatham et achaz et ezechie: qui regnauerunt in iudea. Audi celum et auribus percipe terra: quia dominus locutus eſt. filios genui et exaltaui: ipſi autem me ſpreuerunt. cognouit bos poſſeſſorem et aſinus preſepe domini ſui: iſrael autem me nõ cognouit: et populus meus nõ intellexit. ve gens peccatrix populus plenus peccatis: ſemen nequam: filii iniqui: dereliquiſtis dominum: et ad iracundiam concitaſtis ſanctum iſrael: alienati ſunt retro. quid vltra percutiemini addentes iniquitatem?

B

omne caput in laborem et omne cor in triſtitiam. a pedibus vſq; ad caput nõ eſt in eo ſanitas: vulnus neq; liuor neq; plaga tumens: nõ eſt malagma imponere neq; oleum neq; alligaturas. terra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuccenſe igni: regionẽ veſtrã corã vobis alieni deuorant eam: et deſolata ſubuerſa a populis alienis. derelinquetur filia ſion ſicut tabernaculum in vinea: et ſicut pomorum cuſtodia in cucumerario: ſicut ciuitas obſeſſa.

C

ro.9.f. et niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut ſodoma vtiq; facti fuiſſemus: et ſicut gomorra vtiq; aſſimilati eſſemus. audite verbũ domini principes ſodomorum: attendite legẽ dei noſtri populus gomorre. quid mihi multitudo victimarum veſtrarum? dicit dominus: plenus ſum holocauſtis arietum: et adipem agnorum et ſanguinem taurorum et hircorum nolo: neq; ſi veneritis apparere mihi. quis enim quesiuit hec de manibus veſtris? calcare atrium meum nõ apponetis. ſi obtuleritis ſimilaginem: vanum: incenſum abominatio mihi eſt.

D

Ezere. 36.c. neomenias veſtras et ſabbata et diem magnũ nõ feram. ieiuniũ et ocium et neomenias et feſtiuitates veſtras odio habet anima mea: facti eſtis mihi in ſatietatẽ: nõ amplius remittam peccata veſtra. cum extenderitis

Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου, οἳ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας. ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνωτίζου γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι, ἐγκατελίπετε τὸν κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ, ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω. τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα οὔτε μώλωψ οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι οὔτε ἔλαιον οὔτε καταδέσμους. ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηράτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη. καὶ εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον θεοῦ ἡμῶν λαὸς Γομόρρας. τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος· πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ᾽ ἐὰν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον, θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου, ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν, οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. ὅταν ἐκτείνητε

Incipit Eſaias propheta.

VISIO ESAIE
filii amos: quam
vidit ſuper iudam & hie
ruſalem: in diebus
ozie ioathan: achaz:
& ezechie regum
iuda. Audite celi & au
ribus percipe terra:
quia dñs locutus eſt. Fi
lios enutriui & exaltaui:
ipſi aũt ſpreuerunt me.
Cognouit bos poſſeſſo
rem ſuũ: & aſinus preſepe
dñi ſui: iſrael aũt me
non cognouit & populus
meus nõ intellexit. Ve
genti peccatrici: populo
graui iniquitate: ſemini
neq;: filiis ſceleratis.
Dereliquerunt dominũ:
blaſphemauerũt ſanctũ
iſrael: abalienati ſunt
retrorſum. Sup quo per
cutiã vos vltra addẽtes p
uaricationẽ? Omne caput
languidũ & oẽ cor me
rens. A plãta pedis vſq;
ad verticẽ nõ eſt in eo ſa
nitas. Vulnus & liuor &
plaga tumens: nõ ẽ circũ
ligata nec curata medi
camine neq; fota oleo.
Terra vr̃a deſerta: ciui
tes vr̃e ſuccẽſe igni: re
gionẽ veſtrã corã vobis
alieni deuorãt: & deſola
bitur ſicut i vaſtitate ho
ſtili. Et derelinquetur filia
ſion vt vmbraculũ in vi
nea: & ſicut tugurium in cu
cumerario: ſicut ciuitas
q̃ vaſtatur. Niſi dñs ex
ercituum reliquiſſet no
bis ſemen: quaſi ſodoma
fuiſſem9 & q̃ſi gomorra
ſiles eſſem9. Audite ver
bũ dñi principes ſodo
morũ: pcipite aurib9 le
gẽ dei nr̃i ppl's gomor
re. Quo mihi multitudi
nẽ victimarũ vr̃arũ dicit
dñs? Plen9 ſum. Holo
cauſta arietũ & adipẽ pin
guiũ & ſanguinẽ vitulo
rum & agnorum & hir
corum nolui. Cum
veneritis ante cõſpectũ
meũ: quis quesiuit hec
de manib9 vr̃is vt ambu
laretis in atriis meis? Ne
offeratis vltra ſacrificiũ
fruſtra. Incẽſum abomi
natio eſt mihi. Neome
niã & ſabbatũ & feſtiuita
tes alias nõ ferã. Iniqui
ſũt cet9 vr̃i. Calendas vr̃as
& ſolẽnitates vr̃as odiuit
aĩa mea. Facta ſũt mihi
moleſta. Laboraui ſuſti
nens. Et cũ extenderitis

Cap. j.

חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
חזה על יהודה וירושלם בימי
עזיהו יותם אחז יחזקיהו מלכי
יהודה: שמעו שמים והאזיני ארץ
כי יהוה דבר בנים גדלתי ורוממתי
והם פשעו בי: ידע שור קנהו
וחמור אבוס בעליו ישראל
לא ידע עמי לא התבונן: הוי גוי
חטא עם כבד עון זרע מרעים
בנים משחיתים עזבו את יהוה
נאצו את קדוש ישראל נזרו
אחור: על מה תכו עוד תוסיפו סרה
כל ראש לחלי וכל לבב דוי: מכף
רגל ועד ראש אין בו מתם פצע
וחבורה ומכה טריה לא זרו ולא
חבשו ולא רככה בשמן: ארצכם
שממה עריכם שרפות אש אדמתכם
לנגדכם זרים אכלים אתה ושממה
כמהפכת זרים: ונותרה בת ציון
כסכה בכרם כמלונה במקשה
כעיר נצורה: לולי יהוה צבאות
הותיר לנו שריד כמעט כסדם
היינו לעמרה דמינו: שמעו דבר
יהוה קציני סדם האזינו תורת
אלהינו עם עמרה: למה לי רב
זבחיכם יאמר יהוה שבעתי עלות
אילים וחלב מריאים ודם פרים
וכבשים ועתודים לא חפצתי: כי
תבאו לראות פני מי בקש זאת
מידכם רמס חצרי: לא תוסיפו
הביא מנחת שוא קטרת תועבה
היא לי חדש ושבת קרא מקרא
לא אוכל און ועצרה: חדשיכם
ומועדיכם שנאה נפשי היו עלי
לטרח נלאיתי נשא: ובפרשכם

חזה יום
שמע אזן
חמר אבס
בין
רעע
שחת
קדש
אחר נכה
יסף סור
חלה דוה
חבר נכה
טרה זור
שרף
הפך יתר
סכך לון
קשא נצר
יתר שרד
היה דמה
קצן אזן
זבח
אמר עלה
מרא
עתד
בוא ראה
רמס יסף
בוא שוא
תעב
קרא
יכל
יעד היה
לאה

Incipit prologus beati hieronimi preſbyteri in libros Machabeorum.

MAchabeorū libri duo prenotant prelia inter hebreorum duces genteſq; perſarum: pugnam quoq; ſabbatorum: & nobiles machabei ducis triumphos: ex cuius nomine et libri ſiquidem ſunt nuncupati. Hec quoq; hiſtoria continet etiam inclyta illa geſta machabeorum fratrum qui ſub antiocho rege: pro ſacris legibus dira tormenta perpeſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs vrgerētur: non ſolum non fleuit: ſed & gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis.

Item alius prologus.

MAchabeorum libri licet non habeantur in canone hebreorum: tamē ab eccleſia inter diuinorum voluminū annotantur hiſtorias: notant ſūt prelia inter hebreorum duces gēteſq; perſarū: pugnā quoq; ſabbatorū & nobiles machabei triumphos: fedus quoq; amicitiarū cum romanorū ducibus atq; legationū. Machabei ſeptem fratres ab vna matre machabea nomine geniti cuſtodientes legem: patris traditionē: non māducantes carnē porcinam: ob hoc ab antiocho rege ſeuiſſimo in antiochia martyrii gloria coronati ſunt cū matre ſua: atq; ſepulti cū magna veneratione ibi quieſcunt.

Explicit prologus.

Tex. Gre. cū iter. lati.

MACCABEORVM PRIMVS.
ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ ΠΡΩΤΟΣ.

[illegible]

Judith 1.c.

B

1 Reg. 11.g C

Trāſla. B. Hie.

Incipit liber primus. Machabeorum. Ca. I.

ET FACTVM EST POST ꝗ̄ percuſſit alexāder philippi macedo qui primꝰ regnauit in grecia egreſſus de terra cethim: darium regē perſarum & medorū: conſtituit prelia multa & obtinuit omniū munitiones: & interfecit reges terre. Et pertranſiit vſq; ad fines terre: et accepit ſpolia multitudinis gentium: & ſiluit terra in conſpectu eius. Et congregauit virtutē & exercitum fortem nimis: et exaltatum eſt & eleuatum cor eius: & obtinuit regiōes gentium et tyrannos: & facti ſunt illi in tributum. Et poſt hec decidit in lectum & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros ſuos nobiles qui ſecum erāt nutriti a iuuentute ſua: & diuiſit illis regnum ſuum cum adhuc viueret. Et regnauit alexander annis duodecim: & mortuꝰ eſt. Et obtinuerunt pueri eiꝰ regnum vnuſquiſq; in loco ſuo: & impoſuerunt oēs ſibi diademata poſt mortem eius: & filii eorum poſt eos annis multis: & multiplicata ſunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati: antiochus illuſtris filius antiochi regis q fuerat rome obſes: & regnauit in anno cēteſimo triceſimo ſeptimo regni grecorum. In diebus illis exierunt ex iſrael filii iniqui: & ſuaſerunt multis dicentes. Eamus & diſponamus teſtamentū cū gentibus que circa nos ſunt: q2 ex quo receſſimus ab eis: inuenerunt nos multa mala: & bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de populo: & abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatem vt facerent iuſticiā gentium: et edificauerunt gymnaſiū in hyeroſolimis ſecundum leges nationum: & fecerunt ſibi preputia: et receſſerunt a teſtamēto ſancto: & iuncti ſunt nationibus: & venundati ſunt vt facerēt malū. Et paratū eſt regnum in conſpectu antiochi: & cepit regnare in terra egypti vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in egyptū in multitudine graui in curribus & elephātis & eqtibus: & copioſa nauiū multitudine. Et conſtituit bellū aduerſus ptolemeum regem egypti:

Maccabeo. i. Cap. i.

[illegible]

Explicit quarta et vltima pars totius veteris teſtamēti hebraico grecoq3 et latino idiomate nunc primū impreſſa in hac preclariſſima Complutenſi vniuerſitate. De mandato ac ſumptibus Reuerendiſſimi in chriſto patris & domini domini. F. Franciſci Ximenez de Ciſneros tituli Sancte Balbine ſacroſancte Romane eccleſie preſbyteri Cardinalis Hiſpanie Archiepiſcopi Toletani & hiſpaniarum primatis: ac regnorum caſtelle Archicancellarii. Induſtria & ſolertia honorabilis viri Arnaldi Guillelmi de Brocario artis impreſſorie Magiſtri. Anno Domini Milleſimo quīgenteſimo decimo ſeptimo. menſis Iulii die decimo.

Que in hoc volumine continentur hec ſunt.

Eſaias. Hieremias. Threni. Baruch. Ezechiel. Daniel. Oſee. Iohel. Amos. Abdias. Ionas. Micheas. Naum. Abacuc. Sophonias. Aggeus. Zacharias. Malachias. Machabeorum primus. Machabeorum ſecundus. Machabeorum tertius.